

De genere nominum.

exprimatur secunda imperatiui modi psona adhuc aliud verbum quod attentionem significet subintelligendum esse a quo vocatiuus ille regatur. Quale est illud quod Marci capite. v. legitur dicere domino. thabita cumi. quod interpretatur puella surge: at euangelista cum interpretatur tibi dico interposuit: quod tantū valet quantum audi: quod erat inclusum in eo quod dixit puella surge: neq; enim saluator noster dixit tibi dico: sed aliquid more adiecit quod fere

Vocatiuus semper regitur a verbo secūde persone imperatiui modi in ratione suppositi.

Ablatiuus plerūq; regitur a vbo mediāte prepositione nonnunq; ex speciali nominis vel verbi significatione.

Effectiuus plerūq; regitur a verbo vel participio ex vi instrumenti: quo aliquid fit. aliquando ex vi comparationis. aliquādo ponitur absolute.

Liber secundus de genere et declinatione nominum: et de preteritis supinisq; verborum.

casibus nominum tractauerimus dicenda sunt] plerūq; regitur a verbo vt malo me galathea petit. celsus ferroq; petitus: regitur etiam ex vi comparationis. vt doctior illo. aut ponitur absolute: vt ducete deo expeditior: ducente deo non regitur. quia per se oratione quodammodo facit licet imperfectam qualis est subiunctiuū modi in quam resoluī consuevit. vt nato iesu in bethleem. pro quo Hieronymus vertit cum natus esset iesus in bethleem.

Liber secundus. In superiori libro iacta sunt prima artis grāmaticę fundamēta rudia illa quidem et inelaborata sed que paulatim eliminanda sunt: cum puerorum etate coalescere debent. Quale est illud quod de genere nominū pronominiū et participiorum dicebamus masculinum esse quod declinatur cum hic. femininum qd declinatur cum hec. neutrum quod declinatur cum hoc. In sermone nāq; greco: hebraico: punico. aut deniq; cuiuscq; alterius lingue que articulis vtitur. preceptum illud sufficiens erat. cum in serie orationis nomina plerūq; articulos habeant cōnexos. At uero latinis qui ex idiomate articulos ignorant: regula illa non suffragatur neq; ob aliam causam fuit pposita. nisi vt pueri cōfusam quandam generis habere cognitionem. Nam si puero interrogati musa cuius generis est: feminint respondeas: quia declinatur per hec. subiicit ille rursus quare declinatur per hec. Respondebis opinor: quia generis est feminini ergo circulum fecisti: quod in doctrina quam sit vitiosum. Aristoteles in posterioribus analecticis perclare demonstrat. Quontiam si femininū idcirco est qd per hec declinatur. et rursus per hec declinatur: qd est femininū nunq; omnino scire poterimus musa cuius generis est. Quare non pueri diutius a nobis eludantur tradende sunt illis regule: quibus non per articulos qui in sermone latino nulli sunt. sed per significationes aut terminations possunt genera nominum cognoscere. Sed quemadmodum supra memorauimus: idcirco nominum genus cum declinatione et verborum preterita cum supinis: hoc est capita quatuor tuorum carmine profecuti: quod in tota grāmaticę arte nihil est tam variū. tam multiplex. tam lubricum et labile: sed neq; quod magis in promptu sit habendum: quaz rem facilius carmine assequi poterimus. Illud autem mihi in hoc loco prefandum est. non esse carmina hec talia ex quibus laudem mihi posse comparari sperem quippe que sunt ijs de rebus: quas muse plurimum auersantur atq; reformidāt: et quas plerūq; propter syllabarū contumaciam versus heroicis quo facilius res huiusmodi scribuntur non admittit: vt attagen: cōparatiua: inchoatiua: in quibus syllaba breuis: duabus clauditur longis. Circuitione vero cū essemus vsi: res ipa obscurius diceretur quod facimus in illo hemistico. Et quod dat seruiō nomen p eo quod est seruitus: quod heroicū carmen non recipit. Quā nulla dictio latina per eu. diphthongon scribi possit. nos ita hoc nomine neuter neutra neutrum vsi sumus. perinde ac si grecum eēt. Nam eu. diphthongon coire sepe fecimus: nisi maius id per syneresim posse fieri. Cum enim scripsi neutra filer. robur: si. eu. non coeat aut p diphthongon aut per syneresim primus pes proceleumaticus est: quem hic versus recusat. Cum vero dixi. Dictio non nomen pronomine sit tibi neutra. anapesto vsus sum: qui paria habet tempora cum spondeo et dactylo.

semper facimus quotiens vocatiuo vtimur vt auditor: patret se ad ea que dicturi sum?

Nam et vocatiuus a grecis rectus dicitur quēadmodum et nominatiuus. qd vterq; recte stans rectā substantiam significat. vnde et verbo suppositum dare possunt.

Ablatiu' regit a verbo mediante prepositōe: aut ex speciali nominis vel verbi significatione. vt plenus vino. impleo vino. Effectiuus [de quo plura libro tertio cuz de

*Latina sermo no
habet articulos.*



Carmina